-497-

505

Rostochii die 8. Aug. V.

250

Vir Clarissime,

Duo specimina academica, in quibus argumenta ex Platonica philosophia petita pertractantur, Tibi, Vir Clarissime, mitto; eaque ut aequi bonique consulere velis, oro rogoque. Pergratum mihi foret, si Tu, Vir Doctissime, Programata, quae dicuntur, academica, in quibus, quoad sciam, argumenta Platonica pertractasti, mitteres, quae sane multum ad scientiam meam augendam facerent. Fave mihi, Vir Praestantissime, Tibique persuade, omnium rerum humanarum Tua benevolentia Tuaque amicitia nihil mihi esse antiquius jucundiusque.

Clarissimi Nominis Tui

addictissimus cultor

G. Wiggers

Literas mihi dandas, quas mercatori Renny Rigaviae curandas mittere velis, inscribas quaeso:
Dem Doktor der Phil. Wiggers zu
Rostock.